PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 130v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



quidem sed multiformis est cautela / iuuenes huiq
modi sermones nequaquam pertractare puto equidem te im
me latere / cum adolescentuli hos sermones degustarint.
vt in ludo quodam frui / ad contradictionem illis contentes /
at eos qui arguerint imitando / ipsi alios gaudent
arguentes / et ut catuli propinqua queque attrahere et la
cerare gestiunt continuo Glau Eximie inquit ais So
Cum autem plures ipsi coarguerint / a pluribusque vicissim
redarguti fuerint / cito quidem excidunt / ut nichil
quemadmodum in primis opinetur ex quibus ipsi vniuersa
que phya apud alios ignominia quadam notata est Gla
Verissima inquit narras So Atqui senior inquam per sillis
insanie nequaquam fiet particeps ceterum dyaletice que
vera sunt inquirere volentem prius imitabitur quam ludicri
disceptantem causa iocantemque / atque ipse moderatior
existens exercitium illud ex ignobili quodam modo nobile
perficiet / Capitulum vndecimum qua etate et qualiter instituendi sint
et usque in finem deducendi que custodes vrbis inerant esse So Gla
Et igitur huiusmodi cautele gratia expli
cata sint natura moderatos et stabiles
esse oportere quibus similes sermones in primis
tribuamus / neque vt nunc ad nichil sibi pertinens / fortuito
se conferens Glauco Prorsus inquit So Ad sermonum
igitur susceptionem / assidue stabiliter ac solicite im
morari / nichil aliud operanti / et e conuerso in gymnasiis corpus
exercenti / duplices quam in illis animi habunde fuerint
Gla Sex an quatuor prius ais So Quinque solum ad
hibeto inquam subindeque ad id antrum deducendi sunt
ac principari potissime cogendi / in hiisque circa bellum
et iuuenum versantur principatus / ne experientia cete
ris sint inferiores / et ad huc examinandi / si vndique
pertracti stabiles existant neque quitquam moueantur Gla